vel triplicatis euasionibus suspensionibus fatalis Iuris prae scriptione Terrestri bello conuentioneq ac alis quibusuis Iuris remedis et defensis non subterfugiendo nec alio quouis modo euadendo. Hac sua praesenti personali mutua recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Feria Quarta post Festu Sancti Matthaei Apostoli & Euangelistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

24/IX

Grochowski Castellanides Leopolien Sasinom Coniugibus obligat.

308

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Generosus Stanislaus a Grochow(?) Grochowski Castellanides Leopolien sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castren Capitan Praemyslien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet Se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta videlicet medietatem bonorum villae Sanocca ny quae et quanta vigore diuisionis officiosae Se Recognoscentem concernit cum curia et praedio ibidem sitis in Palatinatu Russiae Terra vero praesenti Praemyslien iacentia. Cum omni per tinentiarum bonorum totius et integrae sortis suae Iure dominio proprie tate

tate tituloq obligatorio cumq omnibus et singulis bonorum eorun-
dem utilitatibus fructibus proventibus redditibus commodis emolu-
mentis obventionibus item agris fundis pratis campis pascuis
sylvis gajis borris nemoribus indaginibus mericis vepretibus
mericis Villagiis hortis pomariis apisteriis apum mellificiis
structuris aedificiis quibusvis tabernis molendinis horreis hollo-
dris granariis stagnis parvis et magnis piscinis lacubus paludi-
bus fluviis fluminibus torrentibus aquis aquarum decursibusq
rivis rivulis nec non subditis cmethonibus hortulanis inquili-
nis eorumq laboribus censibus dationibus vecturis muniis ob-
sequiis et officiis quibusvis attinentiisq et pertinentiis generaliter
universis. Nihil ex praemissis Iuris dominii proprietatis et cuiq
uis competentia ac praerogativa pro se recognoscente suisq succes-
sus aut quopiam alio reservando seu eximendo. Sed omnibus in
genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et
e contra in nullo derogando. Verum ita late longe circumferentia
liberq prout bonorum praefatorum seu memoratae sortis haeredi-
tas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et porten-
ditur, et prout eadem bona seu totalem et integram sortem bonorum
ipsemet recognoscens tenuit habuit et possidebat, tenereq
habere et possidere debuit, ipsumq concernebat ac eidem legi-
time serviebat. Iam ex nunc et de facto Generosis Valenti-
no de Niemyie Lasin et Iustinae Iwanowska Coniugibus
legitimis eorumq posteris in summa quatuor Millium florenorum
Polonicalium realiter per se recognoscentem levata de qua
praesentes quietantur a die et Festo Conversionis Sancti Pauli
Apostoli in Anno millesimo sexcentesimo septuagesimo primo
proxime venturo incidente ad triennium integrum. Et in de facto
protunc bonorum eorundem seu sortis memoratae exemptionis

Summaq praefatae totalis et integrae indivisaq persolutionis ex
tunc de Triennio ad Triennium Festo ad Festum pro simili die
et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli sese determinan[tes]
et sic consequenter de Triennio ad Triennium Festo ad Festum
Triennijs et Festis sese continue et immediate sequentibus
usq ad exemptionem bonorum eorundem seu sortis memoratae
Summaeq suprascriptae totalem et integram indivisamq persoluti
onem obligavit inscripsit et invadiavit prout obligat inscri
bit et invadiat praesentibus. In quam quidem bona suprascri
pta seu sortem praedictam per praesentes obligatam et invadi
atam is idem suprascriptus Carolus Rekognoscens memoratis Susinom(?)
Coniugibus hinis et obligatorijs suis et eorum posteris iam ex nunc
et de facto coram officio praesenti dat et admittit realem intromissionem
et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemvis com
petentem et Nobiles duos die quacunq voluerint officiose accedenda
Per ipsos obligatorios suos et eorum posteros hoc eadem bona seu
sortem memoratam praesentibus obligatam et invadiatam cum
omnibus eius utilitatibus et usufructibus attinentijsq et pertinen[tijs]
generaliter universis tenendi habendi et possidendi, illaq quiete
et pacifice utifruendi, et ad suos suorumq succedentium quosvis be
neplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi modo,
ac titulo obligatorio. Debetq et tenebitur memoratus Rekogno[scens]
prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter
omnibus Summisq pecuniarijs quibusvis habitis et habendis
Suprascriptis obligatorijs suis et eorum posteris inscribit et
obligat praesentibus. Ipsos et ipsorum successores in dictis bo
nis praesentibus obligatis praemissisq omnibus invadiatis,
ratione eorum omnium, ab omni et quavis impetitione Iuridica
quarumcunq personarum status sexus et conditionis cuius
vis

uis existentium exoriunda et emergenda in omni Iudicio seu Offi
cio Regni semper toties quoties opus fuerit suo defendere evin
cere intercedere ac eliberare indemnesq eos cum eorum posteris
facere redderej nec non hac eadem bona obligata praemissaq ora
praesentibus inuadiata ab omnibus in genere Iuribus et Inscripti
onibus prioribus et posterioribus super praefata bona praemissaq
omnia per praesentes obligata et inuadiata modo quouis cuicunq
personarum factis et faciendis, eadem afficientibus, Tum etiam
a quibusuis citationibus super eadem bona seu sortem memora
tam praesentibus obligatam et inuadiatam modo quouis importa
tis et importandis. Lueris demq et perluens processibusq Iuris qui
busuis in quocunq puncto et gradu Iuris dependentibus ac inquouis
Iudicio et officio Regni obtentis et obtinend ac super praemissis o.
mnibus nunc per praesentes obligatis et inuadiatis perduct
et perducendis emundare ac eliberare mundaj semper et
libere facere reddereq. Ac etiam Intromissionem praefatam
coram officio praesenti admissam in fundo bonorum eorundem seu
sortis praedictae praesentibus obligata et inuadiata dum per Mini
sterialem et Nobiles duos officiu se requiretur et acceptabitur
non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere dare et
effectualiter admittere, dataq et admissa eadem possessionem et vsum
fructum praemissorum omnium obligatorum et inuadiatorum modo
quouis tam per se quam et per suas quasuis submissas et subor
dinatas personas non praepedire, nec adimere ipsosq obligato
nos suos et eorum posteros in praemissis omnibus per praesentes
obligatis et inuadiatis nullo modo iniuriari. Ita ut hac eadem bona
seu sortem memoratam per praesen obligatam et inuadiatam cum
vniversis eius vtilitatibus et vsufructibus competentiaq ei prouo
gatiua quauis iidem suprascripti obligatory sui suis cum po
steris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis obligatoriq vigore

tenen habere et possidere queant, illisq uti frui possint modo ac titulo obligatorio. Idq sub vadio Summae Suprascriptae Simili aliorum videlicet Quatuor millium Polonicalium florenorum per eundem Suprascriptum Recognoscentem aut eius Successores praenominatis obligatoriis suis aut eorum posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum Suadibus ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Grochowski Castellanides Leopoliensis aut eius posteri ad instantiam praenominatorum Generosorum Valentini de Niemyie Sasin et Cathenniae Iwanowska Coniugum tamquam eorum et obligatoriorum Suorum aut eorum posterorum ad officium praesens Castren Capitan Premyslien exhinc reitsu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis Termino tanguam peremptorio stare iuri parere respondere vadium praetactum luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium uti et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Suorum legatione intra vel extra Regnum militari servitio ad munimenta ad evictorem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad quietationem praeterea ultra proximos officii praefati Castren Capitan Premysliensis Terminis dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo et praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis Iuris praescriptione Terrestri bello conventione ac aliis quibusvis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec alio quovis modo evadendo. Haec sua praesens fassionali recognitione ad quod omnia mediante.